



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

67. An Sacerdos, qui certis diebus ex accepto stipendio, vel ex fundatione Capellaniae debet dicere, Missam de Beata Virgine, de Spiritu Sancto, vel de Requiem, possit illis diebus dicere Missam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Etia, sed generaliter pro omnibus fidelibus defunctis offerant Sacerdotes omnes Sacrificium illius diei?
Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 86.

Sup. hoc supra in Ref. 61. §. vlt. à lin. 3. & in Ref. 61. ad medium, à vers. Non negarem, & in Ref. 63. §. Secundo prodat. à lin. 8. & vers. Nam.

§. 1. **A**ffirmatiue respondent Naldus in summa, ver. Missa, num. 7. & Homobon. de Bonis in exam. Eccl. part. 3. tr. act. 14. c. 1. q. 3. resol. 2. vbi sic ait. Probabiliter puto ex aliqua ingruenti necessitate Capellano licere aliquando pro animo, puta quater, vel sexies pro seipso, vel sibi coniuncto ad aliquam à Deo gratiam obtinendam celebrare, id enim pius Capellania institutor non negasset, si de tali casu cogitasset, vel de hoc interrogatus fuisset. Ita ille.

2. Notandum est etiam hic obiter primò, quòd Sacerdos obligatus ad dicendum Missam quotidianam pro aliquo, non tenetur tres Missas in Natiuitate Domini pro ea celebrare, sed tantum vnã. & alias duas potest sibi applicare, quia institutio Missæ nihil aliud imponit, quàm quòd Sacerdos quotidie, vel in omnibus festis celebret. Sed qui in die Natiuitatis Domini vnã Missam applicat institutori, celebrat in illo die. Ergo vna Missa institutori satisfacit. Deinde nullus Sacerdos, nec etiam Parochus tenetur de præcepto tres Missas dicere in die Natalis, cum ad id nullo iure obligetur, sed tantum de consilio; ergo neque tres Missas applicare tenebitur; & ita hanc sententiam docet Fraxinellus in editione nouissima de Sacerdotum obligationib. ad Missam, sect. 4. concl. 4. §. 21.

3. Nota etiam secundo, Sacerdotem Missæ quotidianæ addictum posse in die omnium defunctorum non pro institutore capellaniæ, sed pro aliquo particulari defuncto Missam applicare. Ita Alphonsus de Leone de Iubilæo p. 3. n. 21. ad fin. Sed talem Sacerdotem in dicta die Commemorationis omnium defunctorum non pro aliquo defuncto particulari, sed pro omnibus defunctis in Purgatorio existentibus vniuersaliter celebrare posse, imò debere, docet ex multis rationibus Fraxinellus loc. cit. §. 22. per totum, vbi conatur probare intentionem Ecclesiæ esse vt Sacerdotes in illa die non pro particularibus defunctis, sed generaliter pro omnibus defunctis offerant sacrificium.

Sup. his infra in Ref. 100. §. 1 & 2.

RESOL. LXV.

An Sacerdos, qui simplici beneficio cum onere Missarum gaudet, possit pro hoc munere idoneum substitutum deputare?

Et cur sim notatur, quod si in institutione Capellaniæ expresse disponatur, vt Capellanus per se ipsum celebret, tunc per alium substitutum satisfacere non potest. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 87.

§. 1. **N**egatiue respondet Riccius in praxi tom. 1. resol. 340. n. 6. arguendo à Rectore parochiano infirmo, qui non potest deputare Vicarium, sed munus deputandi pertinet ad Episcopum, vt dictum fuit per Rotam 6. Octob. 1583. coram Seraphino.

2. Sed in nostro casu ego contrariam sententiam tenco: puto igitur idoneum substitutum ab ipso Capellano deputari posse, & non ab Episcopo, & ad argumentum Riccii respondeo quòd non est eadem ratio de substitutione Capellani & Vicarij Parochij; Capellanus enim Missam tantum celebrare tenetur, Vicarius autem Parochi præter onus celebrandi, onus habet curæ animarum, ergo à solo Episcopo rectè debet Parochus infirmo substitui, & ita hanc sententiam docet Fraxinellus de oblig. Sacerd. ad Missam, sect. 4. concl. 4. §. 14. n. 5.

Sup. hoc lege doctrinam

3. Nota tamen quòd si in institutione Capellaniæ

expresse disponatur vt Capellanus per seipsum celebret, tunc per alium substitutum satisfacere non potest, vt declarauit sacra Cardin. Congregatio, & ita statuit Campanili in diuer. iur. Can. rubr. 7. cap. 6. n. 13.

RESOL. LXVI.

An Episcopus possit compellere Capellannum, vt per se ipsum celebret, si in fundacione possum fuit, quod Capellani celebrent?

Et notatur quod tunc taliter Beneficiatus, vel Capellanus possit cogi ad Presbyteratum, quando in fundacione exprimeretur, quod debeat actu esse Sacerdos, & per se ipsum seruire in beneficio.
Etiamque aduertitur Capellannam non esse Sacerdotium nec aptitudinem, nec actu, si in fundacione dictum sit Capellannum debere celebrare Missas, & ita potest prouideri Clerico annorum 14. Ex p. 2. tr. 14. Ref. 108.

§. 1. **C**ongregatio Cardinalium respondet negatiue his verbis. Episcopus non potest compellere obtinentem Capellannam, vt ipsamet celebret, licet in eius fundacione disponatur, quòd Capellani celebrent, nam istis oneribus Missarum, rectè per substitutum satisfacit.

2. Hanc declarationem ponit Homobon. de praxi, Eccles. p. 1. tr. 4. c. 13. q. 122. Bonacina de Sac. dist. 2. q. vlt. punct. 7. §. 1. n. 1. Campanil. in diuer. iur. Can. Rub. 7. c. 6. n. 13. Barbosa de potest. Episc. p. 2. alleg. 24. n. 19. alij penes ipsos, cum Piale. in prax. p. 2. r. 3. §. 1. n. 4. ubi etiam notat, quòd tunc taliter beneficiatus, vel Capellanus possit cogi ad presbyteratum, quando in fundacione exprimeretur, quòd debeat esse actu Sacerdos, & per se ipsum seruire in beneficio.

3. Nota etiam Capellannam non esse sacerdotium, nec actu, nec aptitudinem, si in fundacione dictum sit Capellannum debere celebrare Missas, & ita potest prouideri simplici clerico annorum 14. Nam nihil expresse cauetur à testatore, quòd Sacerdos per seipsum hoc agat, semper potest per alium celebrare. Vide p. 2. tr. 14. Ref. 108. Gonzalez ad reg. 8. Cancel. glof. 5. n. 24.

RESOL. LXVII.

An Sacerdos, qui certis diebus ex accepto stipendio vel ex fundacione Capellaniæ debet dicere Missam de B. Virgine, de Spiritu sancto, vel de Requite, possit illis diebus dicere Missam currentem in Missa præscriptam? Ex p. 2. tr. 14. Ref. 31.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue, si in illis diebus indicat solemnitas alicuius Sancti, & Sacerdos officiat maior deuotione in Missa de dicto Sancto, aliter peccaret. Ita Fagandez de præcept. Eccl. p. 1. lib. 3. cap. 9. num. 6. Gauantus in comm. ad Rubr. de Missal. tom. 1. part. 3. tit. 13. num. 20. & 21. Petrus in priuileg. Minimorum, tom. 1. cons. 5. Leonis X. num. 2. Fraxinellus de oblig. Sacerd. sect. 4. concl. 4. §. 4. Syluani in 3. p. quæst. 7. art. 9. ad 5. Azorius p. 1. lib. 10. cap. 14. quæst. 5. Emanuel Sa. ver. Missa, num. 48. Homobonus de exam. Eccl. p. 1. tr. 4. cap. 14. q. 126. & alij communiter. Ratio est, quia omnes Missæ sunt æqualis valoris, ex opere operato, vt notat D. Thom. in 4. dist. 45. q. 2. art. 3. q. 1. ad 5. & licet, cæteris paribus, Missa de requite magis defunctis prodesse, cum eius preces ad animarum liberationem directè fundant, supplere tamen potest maior Sacerdotis deuotio, vel Sancti illius intercessio, cuius suffragium in Missa imploratur. Et licet testator dixerit, quòd singulis diebus

Atque de SS. Euchar. Sacr. Res. LXXVIII. &c. 35

diebus dicatur, v. g. Missa de B. Virgine, vel de re-
quie: hæc verba tamen intelligenda sunt citiili mo-
do, & moraliter, nam non debet prævalere voluntas
testatoris, Ecclesiæ ordini, & ritui. Et de hac re in-
struendi sunt simplices, ne scandalo afficiantur, dum
petentes Missam pro mortuis, non audiant Missam de
requie, sed de Sancto. Sed in hac quaestione ab solutè,
& sine vlla limitatione, aut scrupulo loquitur Villa-
lobos in *sum. tom. 1. tr. 8. diff. 9. n. 9.* vbi sic asserit. [E-
que est obligado à dezir vna Missa, v. g. de nœstra
Señora, y dize la del dia, cuple ballantente, como
sea sin scandalo, que el dezir esta Missa, ò
aquella, es accidental.] Idem etiam docet Ioan. de la
Cruz in *direct. conf. p. 2. de Sacrific. Missæ, q. 4. dub. 2.*
concl. 2. Vide etiam Ledesma in *sum. tom. 1. cap. 24.*
conf. 6. & Suarez in *3. part. tom. 3. disp. 83. sect. 3.*

2. Non desinam tamen adnotare nostrum Castal-
dum in *praxi cærem. lib. 2. sect. 6. cap. 4. n. 1.* contrariam
sententiam docere, sic enim ait: Missa votiva de quo-
libet Sancto, ac quacumque festiuitate, de qua iuxta
Rubricas Missalis per anni circulum celebratur, dici
potest assumendo eam, quæ in die festo habetur, ac-
commodando orationem, vbi habetur *Natiuitas*, vel
Festiuitas, dicendo *commemoratio*, vel *memoria*, omit-
tendo vbi habetur *hodie*, cum præfatione propria si
eam habeat, tamen sine *Gloria & Credo*. Si celebretur
Missa votiva de Assumptione B. Virginis, vel de
S. Agatha in introitu *Gaudemus*; vbi habetur *diem
festum celebrantes*, dicitur *memoriam celebrantes*. Sic
Castald. & ante illum Alcozer in *cærem. tr. 1. gloss. 4.*

RESOL. LXXVIII.

An Sacerdos accipiens stipendium pro dicenda Missa
Spiritus sancti, B. Virginis, vel cum aliqua collecta,
dicens postea Missam in illa die currentem, peccet
mortaliter? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Res. 62.

§. 1. **S**æpius in praxi occurrere solet casus iste; &
Sed illum negatiuè respondet Petr. Navarra de
resol. lib. 2. c. 2. n. 248. vbi sic asserit. Petenti Missam
de Spiritu sancto, de Defunctis, vel de alio Sancto,
vel vt Orationem de salute, vel de B. Virgine, &c. ap-
ponat, non tenetur Sacerdos acquiescere; nisi ob
specialem illum laborem non debitum, elemosynam
augeat, quod non solum probò ex eo, quod, vt Syl-
uester in *ver. Missa, q. 8. dicto 5.* sentiunt & alij multi,
nulla Missa est defuncto, vel cuiquam alteri salubrior,
quam diei, sed etiam ex eo, quod cum taxatur Missæ
labor, non cum iis circumstantiis, sed simpliciter ta-
xatur. Vnde importunas has condiciones Sacerdos
non tenetur admittere, nisi specialiter promitteret;
tunc enim tenetur ex vi promissionis, & veracitatis
sub veniali peccato implere, sicut aliam quamuis
promissionem, quæ non impleta non damnificaret
proximum notabiliter. Licet Syluest. *ver. Missa*, pec-
catum esse mortale contendat, cum dicat infideliter
agere, & non satisfacere; quod tunc verum dumtaxat
putarem, cum ad has condiciones, vel similes elec-
mosyna notabiliter augetur. Hæc Navarra, quæ
omnia notabiliter à Confessario sunt aduertenda, &
addenda *resol. 3. 1. tr. de celebr. Missarum in 2. p.* quid-
quid in contrarium asserant Fraxinel. de *oblig. Sacerd.*
lib. 4. concl. 4. §. 4. n. 6. Rodrig. *tom. 2. c. 44. n. 9.* & alij.

RESOL. LXX.

An sit dicenda Missa Assumptionis, Natiuitatis, &c.
B. Virginis extra dictarum Festiuitatem? Ex p. 4.
tr. 4. Misc. Res. 39.

§. 1. **E**go in *3. part. tract. 6. resol. 102.* docui hoc fieri
esse reprehensibile, non enim ex indiscreta
laicorum deuotione violandæ sunt Missalis rubricæ;
dixi tamen quod si Sacerdos aliquis hoc faceret sine
scandalo, aut superstitione, quod non peccaret mor-
taliter, ex his, quæ adduxi in *2. part. tr. 14. resol. 55.*

2. Verùm nouissimè aduersus me acriter insurgit
P. Megalius *resol. var. tom. 2. resol. 387. num. 18.* con-
trariam sententiam tenens ex autoritate Bullæ Pij
V. posita in principio Missalis, vbi in virtute sanctæ
obedienciæ præcipit Sacerdotibus vt Missam non nisi
iuxta ritum, modum, & normam, quæ per Missale,
quod ab ipso traditum est, dicant, aut legant, ergo, &c.

3. Sed optimè obseruat Filiucius *tom. 1. tr. 5. c. 5.*
num. 140. dictum præceptum piissimi Pontificis non
obligare cum tanto rigore ad obseruantiam singula-
rum regulatum Missalis, sed iuxta grauitatem earum;
generaliter autem obligat ad obseruandum ritum
Missalis, & non ad introducendum alium, quod ac-
cideret, vt obseruat Ioan. Præpositus in *3. p. D. Thom.*
quest. 83. art. 4. dub. 3. n. 187. quando quilibet pro suo
arbitrio Sacram faceret secundum aliud Missale, sed
hoc non accidit in casu nostro, nam Sacerdos dicit
Missam positam in Missali Romano; licet affixa die
& tempore, cuius mutatio seculo scandalo, aut aliqua
superstitione non videtur transgressio ita grauis, vt
peccatum mortale possit constituere. Et ita hanc sen-
tentiam docet Tannerus *tom. 4. disp. 5. quest. 10. dub. 1.*
num. 6. vbi sic ait. Non obstat Bulla Pij V. præfixa
nouo Missali, vbi omnibus in virtute sanctæ obedienci-
æ præcipitur, vt Missam iuxta ritum illius Missalis
legant, sensus enim dumtaxat, est, vt non fiant Missæ
seu votiuæ, seu de tempore, nisi prævt in nouo Mis-
sali præscribuntur; non autem prohibetur ne vna
Missæ in aliam eiusdem Missalis commutetur, vt ex
contextu patet. Ita ille. Nec aliter sentiunt Gauan-
tus, & noster doctissimus & amicissimus P. D. Anto-
nius Caraniolus, quos citat Megalius; nam ipsi asse-
runt quidem dictas Missas non esse celebrandas, quod
etiam ego asserui, & nunc assero, sed non dicunt,
quod si Sacerdos aliquis de facto illas celebret, sit de
peccato mortali damnandus, & hoc ego probabili-
ter nego, propter allatas rationes, & propter autho-
ritatem nostri P. Castaldi & Alcozer assentium ab-
solutè posse supradictas Missas celebrari, & ideo in
tali casu Sacerdotem non peccare mortaliter, sentiunt
etiam multi viri docti Societatis Iesv, & Dominica-
næ familiaræ de hac re à me consulti.

Quæ nunc
hanc sequen-
tur, & lege
Res præteri-
tam.

Quæ hic est
intra Resol.
164. Et sup-
contento in
hoc §. Ve-
rum, & seq.
in Res. præ-
terita, & le-
ge etia do-
ctinam Res.
seq.

RESOL. LXXIX.

An Sacerdos possit dicere Missam Assumptionis, Nati-
uitatis, &c. Beata Virginis, quando dicta Missa à
laico exigitur? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Res. 101.

§. 1. **N**egatiuè respondet Gauantus, vir in his
materiis veratissimus in *comm. ad rubricas
Missalis, tom. 1. part. 4. tit. 27. n. 8.* vbi sic asserit. Quid
agendum quando Missa votiuæ exigitur de Assum-
ptione B. Virginis, de Natiuitate eiusdem, & eiusmo-
di? dici potest de B. Virgine ex quinque votiuis pro
diuersitate temporum accommodatis, cum intentio-
ne ad honorem Assumptionis B. Virginis, &c. alias
enim dedecet, vel dicere, *Gaudemus omnes in Do-
mino, diem festum*, &c. vel immutare tunc verba, *diem
festum*, in *commemorationem*, neque laicorum causa
violandæ sunt Rubricæ. Ita ille.

RESOL.